toris excludere uidetur.ext.de reſti.ſpol.olim.2.ff. de dolo.nam
3 is. Caue tamen de periurio, † quod pro nullo temporali com-
modo debes incurrere.22.q.1.c.fin.1.q.7. ſancimus, imò potius
debes omnia mala te͂poralia pati, quam malo animæ co͂ſentire.
32.qõ.5.ita ne.ext.quod me cau.ſacris.ext.de hom. ſuſcepimus.
Nam oportebit te iurare iudicare res tuas, & quod in fraude͂ nõ
deſiiſti poſſidere C.& ff.de his, qui bo.ce.poſſ.per totum. ff. q̃ in
frau.cre.per totum. Si autem non times præmiſſa, uenias ad iudi-
2 cium, ſi uis. † ¶ Sed & ſi conueniris de re empta, vel quaſi, pete di
g lationem ante litem conteſtatam, ut ide͂ denuncies auctori tuo, [g]
vt ff.de leg.3.qui concubinam §.hæres.ext.de emp.& ven.c. fi. Il-
le enim te docebit in exceptionibus dilatorijs & alijs, & te defen-
det: & ſic non eſt contra.ff de euic.ſi rem §.quolibet tempore.&
forte non nocebit actori ſuo, ſi omittas aliquas dilatorias.ff.mã.
ſi fideiuſſor.§ in omnibus, & §.quædam. Si vero non habes hanc
defenſionem, eſto coram iudice, dicens, te paratũ actori dare, ſi
quid debes:& niſi probauerit, abſolueris.ff.de procu.ſi reus.Inſt.
de perp & temp.ac.in fi ext.de probat.ex literis.de iureiu.cap.fi.
5 † ¶ Item ſi volueris venire ad litis co͂teſtationem, vide, ſi aliquid
eſt ambiguum in libello, & illud facias remoueri.vt ĩ.de lib.con-
[illegible] ver.item non ualet, ſi ſit obſcurus, quem §.hic intelli
[illegible] Item ſi ſunt plures actiones, uel cauſæ, fac eum eli-
[illegible] & ſi mutauerit cauſam, uel actionem, redeas ad
[illegible] as. [h] quod dic, vt in prædic.§. iuxta.& ſic longa
via reſtat. Item cautus ſis in multis, quæ no.s͂.de aduo.§.ſequitur
videre. ¶ Porrò ſi conueniris aliqua actione in rem ſcripta, ut ſu-
prà.§.prox.verſi.ad hæc. ſi vis exigere, quod in reali exigendum
ſimpliciter dixi in eod.§. verſ.ſi autem, uel actionem in rem. &
ſequen.vt ff.quod me.cauſ.ſi cum.§.primo.ff.de rei uend.qui pe-
titorio.item ſis cautus in eo, quod nota.ſupra.§. prox. prope fin.
uerſi.in ſumma. Qualiter autem admittetur tertia perſona vole͂s
ante ſententiam, uel poſt cauſam, quæ vertitur inter alios defen
dere, uel agere, no.plene, ſecundum Papam, ext.de re iudic.cum
i ſuper, de ſponſa. veniens.in fi. [i]

## ADDITIONES.

a Rei. ¶ Hic incipiunt verba Vber.ad literam mihi char.pen.ver. iam videris. quæ poſuit Io. de Deo.cauil.lib.3.rubr.quid agendum recepto libello.
b Hoc. ¶ Super illo verbo, & puto, ꝙ intendit, vt ſibi detur tempus ad denunciandum domino: ſicut decr.dilectus.de procur.
c Defendere. ¶ Ver.fi.ĩ.e.§.remittit de hoc.
d Vide. ¶ Interpoſitio partim Io.de Deo, vſque ad verſi.ſi autem, hoc tame͂ medio poſuit Vber. quandam magnam gl.quam dicebat poſitam in illo §. aliqualiter obſcuram: ad cuius materiam auctor putauit ſufficere remiſsionem, quam dat.
e Minori. ¶ Dixit Vber.ne ille amicus conueniatur petitione hæreditatis de pretio.ff.de peti.hæred.
f Vber. ¶ Qui dixit, & fortè poſt.
g Auctori tuo. ¶ Verba Vber.vt dixi, & Io.de Deo. ſed an petita neceſſariò debeat, plenè ſcripſi ĩ.de dila.§.1.ſuper ver.denunciatoria.
h Oppoſitas. ¶ Cum aliud ſit iudicium Vber.
i In fi. ¶ Ibi parum, quod ſcripſi in fi.vlt.gl.ſed in decr.cum ſuper. ſcripſi ad ſaturnitatem in gl.& ſemper.& gl.quæritur, quomodo & ſuper 2.glo.in cuius fine ſcripſi qõnem Gof.de duob. epiſcopis, qui diuiſim uendicant abbatem, & eiſdem die & hora fertur ſententia pro vtroque. ¶ Adde poſt Bar. in l.ſæpe.de re iudi.Petrum de Anc.conſi.334.

## *SVMMARIVM.*

1 *Scienti ſuam cauſam agi, ſi non uenit ius ſuum defendere præiudicatur.*
2 *Petens ſe recipi in canonicum, quomodo formare poſſit libellum contra capitulum.*
3 *Mandatum cum cauſæ cognitione factum, habet vim ſententiæ, & n. 11.*
4 *Recipi ſe petentes in canonicum, an poßit inter ſe agere.*
5 *Dicentes ſe per electionem, ſeu collationem, aut inueſtiturã ius habere in aliquo beneficio, qualiter poßint inter ſe agere, & qualiter contra capitulum.*
6 *Agens ratione impedimenti, propter quod dicit aliquem non poſſe ad beneficium eligi, qualis ei incumbat probatio.*
7 *Reus contra quem agitur ſuper electionis confirmatione, uel impedimento poteſt excipere contra electionem, uel collationem actoris.*
8 *Iudicis poteſtas non extenditur vltra libellum.*
9 *Capitulum, uel alius, ſi beneficium de quo agitur, poſſidet, agendum eſt contra poſſeſſorem.*
*Sententia facit ius.*
10 *Verbum Adiudicationis, diuerſimode accipitur.*
12 *Collatione beneficij ad papam ſpectante, non eſt vis, vtrum per iudicem papæ, uel per alium conferatur ei, cui debet de iure conferri.*
13 *Beneficio, de quo agitur, non poſſeſſo ab aliquo illorũ, qui dicũt ſibi debitũ non tamen collatum, nulla tunc alteri contra alterum competit actio.*
14 *Pluribus dicentibus aliquam præbendam ſibi debitam, cuilibet incumbit ſui iuris probatio: ſuperior autem aßignare habebit illi, cui deberi videbitur.*
15 *Plures de beneficio agentes, an ad eundem iudicem mitti debeant.*
16 *Fatua eſt beneficij impetratio ſine beneficio acceptandi.*
17 *Reſcriptum Apoſtolicum recipiens ad alicui prouidendum de beneficio, qua forma procedere debeat ad petitionem.*
18 *Apoſtolica prouiſione alicuius de beneficio proxime vacaturo promulgata, poteſt executor inueſtire, & irritum decernere, ſi quid aliud a mandato Apoſtolico fiat.*
19 *Decretum Apoſtolicum ſub conditione factum, non tenet ante conditionis euentum.*
20 *Forma reſcripti, quod executor Apoſtolicæ prouiſionis de beneficio, debet ipſi prouiſioni contradicentibus committere.*
21 *Executor ad prouidendum alicui a papa datus, poteſt etiam illo, ad quem ſpectat collatio, non monito prouidere.*
22 *Executor ad prouidendum alicui de beneficio, an debeat admittere exceptiones contra perſonam ante prouiſionem factas.*
*Merus executor reſcripti Apoſtolici non habet neceſſe cauſas exceptionum oppoſitarum cognoſcere.*
23 *Vices ſuas non poteſt alteri committere is, cui commiſſa eſt prouiſio alicui de beneficio à ſede Apoſtolica facienda.*
24 *Epiſcopus, cui à papa ſcribitur, ut prouideat alicui de beneficio, ſi quod ad ſuam collationem pertinet, an poterit de alterius beneficio non vacante, ad collationem tamen ipſius pertinente, prouidere.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

25 *Prouidere de penſione non poteſt quis cogi per literas ſuper prouiſione im petratas.*
26 *Scholaris primam nondum habens tonſuram, an poßit ſuper beneficio literas impetrare.*
27 *Conceßio beneficij a papa, vſque ad ſui beneplacitum tenendum, expirat ipſo papa expirante.*
28 *Optans, reſeruans, uel ſuſpendens beneficium, ſemper hoc facere debet de certa præbenda.*
29 *Literæ Apoſtolicæ generales de prouidendo alicui de beneficio, nõ poßunt intelligi de beneficio ad præſentationem patroni laici pertinente.*
*Eccleſia parochialis cui poßit commendari, & quanto tempore.*
30 *Executor mãdati Apoſtolici de prouidendo alicui de beneficio ad collationem alicuius abbatis, uel conuentus ſpectante, an poßit prouidere de beneficio ad collationem abbatis tantum ſpectante.*
31 *Executores per generales literas deputati, an poßint inhibitiones generales facere ordinarijs, quibus ſpectat beneficiorum collatio, ne illa vacantia conferant.*

## ¶ De actionibus ſeu petitionibus canonice tractat.

4.§.Super petitionibus & actionib. aliqua ſub breuilo-
quio ciuiliter præſtrinximus: nunc autem ali-
qua de his canonice tranſcurramus & cum hæc materia multos
habeat angulos, pleneq; ſit à magiſtris tradita, idcirco eam pro-
ſequi ad præſens omittimus, ſed te ad noſtrum aureum Reperto
rium remittimus, vbi ſub tit. de iudic. & de lib. oblat. multa tacta
poteris reperire. Verum quoniam materia de petitionibus be-
neficiorum quotidiana eſt, & multis ignota, idcirco de hoc ali-
a quadiſputemus.[a] Nota igitur, quod ſi alicui capitulo ſcriptum
eſt, vt aliquos debeant recipere in canonicos, & in fratres: hi, pro
quibus ſcriptum eſt, poſſunt agere contra capitulum, vt eos reci-
piant in canonicos & in fratres: & licet ex tali reſcripto eis non
detur actio, per quod non datur ius in re, ſed ad rem, prout not.
ext. de renun. veniens, & ſecundm alios, de reſcrip. conſtitutus.
b & j. de præb. §. 1.[b] per ipſum tamẽ iudicis officium imploratur,
vt euidenter probatur ff. de religio. & ſumpt. fune. ſi quis ſepul-
chrum, in princip. & ſi talis eſt caſus, quod capitulũ ſolum alte-
rum de duobus, uel. tribus contra eum agentibus, recipere tenea
tur, tunc debet eum recipere, qui primus ad ſententiam perue-
nit: ita tamẽ, quod qui primo obtinet, capitulo caueat. quod capi
tulum ſeruetur indemne, ne ſuper receptione duorum contra
papæ intentionem grauetur. ff. de rei vend. is, à quo. extra, de re-
ſcrip. mandatum. ſecundum ea, quæ no. e. tit. capitulum: & de re
iudicat. cum ſuper. Poteſt etiam & aliter capitulo conſuli. nam
1 † cum citatur à duobus executoribus ſuper receptione duorum,
ſignificet hoc eis, qui ſe petunt recipi, vt veniãt, & ius ſuum de-
fendant: & ſi non veniat vnus, & alter obtineat contra capitu-
lum, præiudicabitur ei, qui cauſam ſuam agi ſciuit, & nõ venit ius
ſuum defendere, ext. de re iu. quamuis. Poteſt etiam capitulum,
vbi à duobus executoribus citatur, & arctatur ſuper eodem be-
neficio, procedere ſecundum tenorem decre. ext. de reſcri. cum
contingat. Poteſt etiam obtinere à papa, vt ſibi in hac perplexi-
tate prouideatur: ſicut factum fuit in præ. capitul. capitulum.
2 † ¶ Sed qualiter formabit libellum contra capitulum is, qui pe-
tit ſe recipi in canonicum? Reſpondeo: conſideranda eſt forma
reſcripti. nam ſi capitulo mandatur quod illum recipiat, & præ-
bendam, cum ſe facultas obtulerit, ei conferat: & tunc facta nar
ratione mandati eiuſdem, & qualiter capitulum monitum no-
luit eum recipere, petat capitulum ſententialiter condemnari
ad receptionem eius, & ad conferendum ſibi præbendam, cum
ſe facultas obtulerit, ext. de conceſſ. præbend. cum ſuper. Quod
exemplifica, vt j in tractatu libel. in ti. de præben. §. 1. Sed & ſi pe
tit, vt executor eius pronunciet, & declaret ſententialiter ſe per
capitulum eſſe recipiendum in canonicum, & præbendam ſibi,
cum ſe facultas obtulerit, conferendam, idem erit effectus: & ꝓ-
derunt ſibi in tantum huiuſmodi ſententiæ, ꝙ ſi non appelletur
ab eis, poſtea non audietur capitulum excipiens contra eum, uel
contra literam ſuam: ut no. quidam. ext. de reſcrip. ſuper literis.
Alii dicunt, quod iudex hoc caſu nõ debet pronũciare: ſed cum
viderit nil ſufficiens contra impetrantem eſſe probatum, & il-
lius intentionem eſſe fundatam, mandabit ſibi, non obſtantibus
contra eum propoſitis. prouideri: & hoc mandatum cum cauſæ
cognitione factum, habet vim ſententiæ, vt j. verſicu. cæterum.
3 † ¶ Si vero capitulum non recipit mandatum ſuper receptione
illius, ſed executori mãdatur, quod compellat, vel prouideat ei,
ille præſentata litera executori, inſtet ſolum apud illum, vt exe-
quatur mandatum, vel conferendo, ſi hoc habet in mãdatis, vel
mandando capitulo, vt illum recipiat: & ſi capitulum proponat
aliquam cauſam rationabilem, quare illum recipere non tenet,
audietur: vt extra de appel. dilecto, & de elec. cum inter canoni-
cos. & de præſump. capit. fin Sed ſi non proponat cauſam ratio-
nabilem, uel proponat, non tamen probet. tunc executor com-
pellet: nec eſt hoc caſu neceſſaria litis conteſtatio, uel alius ordo
iuris: licet forte aliud ſit in præmiſſis caſibus, vbi executor partes
iudicis aſſumit, ubi eſt ſententia diffinitiua ferenda, quę ſine litis
conteſtatione ferri non debet, ext. vt lite non conteſ. per tot. Po-
teſt etiam peti ad executore, quod ipſe ꝓnunciet ſe debere pro-
cedere ad compulſionem capituli, ſeu executionem mandati, nõ
obſtantibus propoſitis: quod & ipſe facere poteſt, vt ext. de offi.
c deleg. ſignificantibus.[c] ¶ † Sed nunquid hi, qui petunt ſe recipi,
4 poſſunt inter ſe agere? Reſpon. non. nam perſonali actione non
poſſunt, cum alter non ſit alteri obligatus ex cõtractu, vel quaſi,
vel maleficio, vel quaſi: nec reali, cum neuter poſſideat aliquid
de iure alterius: imo capitulum poteſt dici uerius huius iuris de
tentor. Ratione tamen impedimenti vnius poſſet alter agere
contra alterum: ſicut poſſet contra quemlibet extraneum: argu.
extra de excep. dilecti. ff. ſi ſerui. vendi. ſi quis diuturno. Reſpon-
deo ſecundo: & tunc agens, pone A. narrabit in libello ius ſuum,
ſcilicet qualiter papa ſcripſit capitulo pro ipſo, & qualiter capi
tulum fuit per executorem ſuum admonitum, vt eum reciperet,
& B. præſtat impedimentum, ne recipiatur: vnde petet eidem B.
ſententialiter inhiberi, ne impediat, quo minus recipiatur, & ipſi
B ſuper ſua contradictione ſilentium imponi, ut ext. de except.
dilecti B. autem ſe defendat per omnem modum, videlicet exci-
piendo contra literas, & contra perſonam agentis, & de ſuo iure
docendo: quo caſu ſi feratur ſententia contra B. reum, qui ius,
quod in eodem canonicatu habebat, in iudicium in modum de-
fenſionis induxit, in tantum ſibi præiudicatur, quod nunquam
de cętero de iure ſuo contra eundem A. poteſt agere, vel excipe
re, ſi de eodem iure inter eos agatur: & hoc propter exceptio-
nem rei iudicatæ. ff. de excep. rei iudica. l. & an eadem. ff. de nego.
geſt. ſi autem. § fi. An autem ſententia lata, vel contra A. qui egit,
prodeſt, uel nocet capitulo? in hoc caſu collige in his, quę not.
5 extra de re iudica. quamuis ¶ † Sed quęritur de his, qui per ele-
ctionem, ſeu collationem, vel inueſtituram ius ſe habere dicunt
in aliquo beneficio, uel præbenda. qualiter poſſunt inter ſe age
d re, & qualiter contra capitulum?[d] Reſpondeo, ſi nullus iſto-
rum beneficium, de quo agitur, poſſidet, poteſt vnus narratione
facta de ſua iuſta electione, & de iniuſta aduerſarii petitione pe-
tere ꝯ alium iudicis officium implorando, ſuam electionem, uel
collationem confirmari: & electionem, vel collationem aduerſa
rij caſſari, ext. de elect. congregato. & c. dudum. 1. de offic. deleg.
ſuper eo. Ideo autem dixi in libello ponendum de aduerſarij ele-
ctione, ſeu collatione nam niſi ponatur, nil poteſt agens petere
contra ſuum aduerſarium, niſi eum turbatorem, vel poſſeſſorem
dicat. ut iam dicam. & j. de electio. § 1. verſi. ſi uero duæ. De im-
ploratione uero officii iudicis ideo dixi, quoniam in pręmiſſo ca
ſu, vbi actor ſuam & aduerſarii electionem, uel collationem nar
rat, & ratione impedimenti, uel poſſeſſionis non agit, neuter
contra alium habet aliquam actionem. Reale non, quia non di-
cit aduerſarium poſſeſſorem. Perſonalem non, quia nõ dicit ad-
uerſarium ex cõtractu, vel quaſi, vel maleficio, uel quaſi, ſibi obli
gatum. Sed contra ext. de excep. dilecti. ubi electus non contra
electum, nec ratione impedimenti, uel poſſeſſionis, ſed propter
ſolam contradictionem agit. Sed reſpondeo, quod ibi electus
erat confirmatus, & agebat contra contradictores, ut ſibi obedi
rent: quod poteſt: vt extra de electio. dudum. 1. uel opponebat ſe
de facto ipſi electo confirmato, ne pacificam poſſeſſionem ha-
beret. Si autem vnus ex his, qui non poſſidet beneficium, de quo
agitur, alterum de facto impediat, quo minus poſſeſſionem be-
neficii ſibi collati poſſit nanciſci, vel pacificè habere, poteſt tali-
ter impeditus facta narratione ſui iuris & impedimenti aduenti-
tij, contra impedientem agere, ut à ſuo impedimẽto ceſſet ſeu
prohibeatur ut in prædi l. ſi quis diuturno. extr de præſcrip. ue-
niens. ext. de decim dudum. ext. de cauſ. poſſeſ. & propr. cum ec
6 cleſia. † ¶ Sed quid oportet actorem probare hoc caſu, vbi ratio
ne impedimenti agitur? Reſpondeo, ex quo non poſſidet, neceſ
ſe habet probare ſe ius in beneficio habere, ſuper quo ſe impedi-
ri pro-

### ADDITIONES.

a Diſputemus. ¶ Communiter, quæ j. ſequuntur, ſumpta ſunt ex dictis Inn. & Compoſt. in dec. mãdatũ. de reſc. ut ipſe G. fatetur. j. ver. & hæc ſufficiãt. item in fi. tit. de præb. ipſe auctor ad hunc. §. nos remittit.
b §. 1. ¶ Et patet de præben. ſi tibi abſenti. & de con. præben. c. fi. lib. 6.
c Significantibus. ¶ Si enim pronunciare poteſt ſe procedere non debere, vt ibi: fortius ergo ſe procedere debere: cum per primum neget ſe iudicem, ꝑ ſecundum aſſerat contrarium: per eundem modum induci poteſt de præb. dilectus. 3.
d Capitulum. ¶ Ad materiam vide, quod ſcripſi poſt Inn. & Hoſt. de cõceſ. præben. quia diuerſitatem in gl. quare ſecundum. & gl. ſeq.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ri proponit:hoc eſt,ſuam collationem, ſeu inueſtituram canoni
cam fore. Agit enim ad inſtar confeſſoriæ,in qua oportet agen-
tem ſe dominum,vel quaſi probare,ff.ſi ſeruit.vendicetur , l. 2.
ff.ſi vſusfructus pet.utifrui.Sed nunquid habeo etiā neceſſe im-
pedimentū probare? Reſpondeo,obtinuit, quod ſi actor de ſuo
iure probet,licet non probet impedimentum,tamen fertur ſen-
tentia contra reum,ne actorem impediat vel moleſtet. Contro
uerſia enim, quam reus facit litem conteſtando , & ſe in iudicio
opponendo,ſatis ſufficit, vt uideatur impedimentū præſtare,ar-
a gumen.de rei vendic.is qui ff. ſi uſusfructus peta. l. fina.[a] † Reus
7 quoque, contra quem agitur ſuper electionis confirmatione ,
vel impedimento,audietur excipiens cōtra electionem vel col
lationem actoris,uel contra eius literas,vel perſonam:prout ple
ne de his modis not.per Ber.Compoſtel.extra de electio. quod
b ſicut [b].Et ſi actor ius ſuum non probat,vel probat,ſed per exce
ptionem repellitur,abſoluitur reus etiam ſi nil de iure ſuo pro-
bet,C.de prob.actor.ext.de iureiur.c.fi. de cauſa poſſ. & propr.
cum eccleſia.prope finem,etiam ſi reus ſit excōmunicatus:nam
ei omnis legitimā defenſio reſeruatur,extr.de exceptio.cum in
ter.& cap.dilecti de iudic.intelleximus.Et propter hoc diximus
quod ſi reus,qui non ex ſuo iure ſe defendit, nec dedit libellum
ſuper confirmatione,vel declaratione iuris ſui contra actorem
ſed ex defectu iuris actoris ſe tamen tuetur, nō habet neceſſe re
ſpondere poſitionib. actoris,quæ fiunt ſuper defectu ipſius rei,
puta ſuper defectu ordinis,vel ſententiæ,uel ætatis,& ſimilibus
8 vt in præ.l.actor.¶†Sed quid ſi reus,qui ſuo iuri non innititur,
nec libellum dedit , ſponte ſuum defectum confitetur in iure ?
Reſpondeo ſi actor non probat de iure ſuo,vel probat, ſed per
exceptionem repellitur , imponetur actori ſilentium. In reo ve
ro cōfeſſo,ſi cauſa non coram Papa , ſed coram iudice inferiori
tractatur,non uidetur,quod cōtra eum,cōtra quem nil fuit pe-
titum,debeat aliquid diffiniri,cum ultra libellum iudicis non ex
tendatur poteſtas,ff.cōmu diuidun.l.ut fundus. extra de ſimo.
licet.extra de ordine cognitio.cap. 2. in fine.ſi tamen poſtea con
tra reum in modum actionis,uel inquiſitionis agatur poterit ꝓ
pter cōfeſſionem huiuſmodi,licet in alio iudicio factam,moue-
ri,vt extra de electione,per inquiſitionem vt infra,de conceſſio-
ne, § nunc videndum. verſiculo , quid de confeſſione. Sed ſi
cauſa ſit coram papa , qui ſupra ius eſt , vt extra , de conceſſio-
ne præbendæ, propoſuit & nec actor,nec reus habet ius , poteſt
ipſe papa,& conſueuit,reo priuato , & actori ſilentio impoſito,
perſonæ idoneæ beneficium ipſum conferre. Quandoque vero
ſupplet defectum actoris, quandoque rei:& prout perſonarum
merita & tempus & locus requirūt,facit ipſum eorum alteri aſ-
ſignari,ſicut alias contigit : quia ſi capitulum condemnatum ad
receptionem T.non appellauit,nec prætextu alicuius exceptio
nis poteſt contra pronūciationem venire ſuperior tamen ſi vi-
derit literam ſurreptitiam poteſt ex officio ſuo,quicquid factū
eſt reuocare:& ſic factum fuit,extra,de reſcri. ad audientiam. &
de re iudica .cum olim extra,de electio.cum dilectus. & probat
& nota ſecūdum Papam,& Ber.Compoſtel.extra,de officio vi-
c carij,c.j.[c] & de reſcrip.ſuper literis.& ſic econuerſo,ſi iudex vi-
det aliquid,propter quod debeo obtinere, quod tamē omiſi ꝓ
d ponere,obtinebo,ut extra de conceſſio.præbend.ex parte [d]
¶Sed nunquid petens eccleſiam,uel præbendam, vel aliquā di
gnitatem eccleſiaſticam,uel ſecularem,vel ius patronatus, intē
9 tabit rei uendicationem? de hoc j.de religio.domi.†¶Cæterum
ſi capitulum, vel alius poſſidet præbendam,vel aliud beneficiū,
de quo agitur,tunc contra poſſeſſorem agēdum eſt : & ſi actor
collationi,vel inueſtituræ ſeu confirmationi innititur,narrabit
in libello ius ſuum,& petet præbendam ſibi adiudicari, vel decla
rari per ſententiam ad ſe pertinere : licet in huiuſmodi iuribus
magis proprie petat actor declarari prębendam ad ſe pertinere
quam adiudicari ſibi:quia ius per ſententiam non conſtituitur ,
ſed declaratur,ff.ſi ſeruitus vendicetur,ſicuti § ſed ſi quæratur.
Quandoque tamen per adiudicationem ius cōſtitui conſueuit,
vt patet in iudicio Familię erciſcundæ,& Communi diuidundo
vbi fiunt adiudicationes.nam & ſentētia facit ius,ut extra, de re
10 iudic.cum inter uos.in fine.†Tamen cum verbum Adiudicatio
nis largius quandoque accipiatur,non quod per illud iudex ius
conſtituat,ſed declaret,ut extra de religioſis domi.conſtitutus.
& capitulo,cum uenerabilis.admittimus petitionem , quamuis
petat beneficium ſibi collatum,vel de quo inueſtitus,vel confir
matus eſt,ſibi adiudicari.Et ſi iudex adiudicet intelligo eum de
claraſſe ius,quod actor in libello narrauit,in beneficio , de quo
agitur, habere:& idē eſt in quacunque alia re actori adiudicata.
Poteſt etiam confirmatus & inueſtitus , & is cui facta eſt colla-
tio,petere contra poſſeſſorem, vt ſua confirmatio, inueſtitura,
ſeu collatio debitum ſortiatur effectum: vt extrà de appellatio
nibus capitulo,conſtitutus.extrà,de conceſſione præbēdæ,poſt
m.& probato de iure actoris,ſi reus legitimam defen-
ſionem non probat,præcipiat iudex poſſeſſori, vt diſcedat à be
neficio,& ipſum actori dimittat : iudex etiam eū ad id per iuris
11 remedia coget.¶†Et præceptum huiuſmodi, quod cum cauſæ
cognitione,fit habebit vim ſententiæ.C de appellationib.hi qui
ad ciuilia.ff.de iudiciis, l. ſi debitori.extrà , de re iudicata, ꝙ ad
conſultationem.ff.de confeſſis,certum.ff. ad legem Aquiliam ,
ꝓinde, vndecima quæſtione tertia.qui iubente.ff de re iudicata
quod iuſſit.ff quod metus cauſ.metum.§.ſed & quod pretor.a-
lias in le. Pomponius ſcribit ¶Sed ſi ad ipſam præbendam non
ſim electus , nec de ea forte propter appellationem aduerſarij,
vel propter aliud impedimentum inueſtitus , nec eſt mihi col-
lata,tamē eſt debita mihi, uel propter præſentationem literarū
cum forma illa,Conferas,uel exequaris:uel quia poſt receptio-
nem auctoritate papæ factam vacauit:quæritur qualiter potero
tunc agere reſpondeo,ſi poſſidetur ab alio , contra poſſeſſorem
agam,& facta mei iuris narratione petam eam mihi adiudicari,
vel mihi debitam,ſeu ad me pertinere debere pronūciari, extrà
de re iudicata,cum Bertholdus.in fine.Inſtitu. de officio iudicis
Et ſi quæras , quare non ſimiliter agam pro Titio quem mihi
promiſiſti per ſtipulationem? Reſpondeo,illa eſt perſonalis ac-
tio:hic autem realiter ago ad inſtar confeſſoriæ, & rem ſequar,
ad quemcūque perueniat:& tunc iudex, ſi voluerit in ſententia
ſtare in uerbo generali,dicet: Adiudico,ut in capitulo,cum Ber
tholdus.ſed melius faciet , ſi modum adiudicationis ſpecificet ,
hoc modo:Pronuncio præbendam, de qua agitur , actori debi-
tam,& ſibi de iure conferendam : & tunc actor ibit ad executo-
rem ſuum,uel ad papam,& faciet eam ſibi cōferri,& per implo-
rationem officij eius faciet poſſeſſorem amoueri,& ſibi reſtitui.
In prædicto etiam caſu,vbi prębenda eſt debita,ſi iudex eſt com
petens, ut iudex papæ, conſueuit actor petere non ſolum adiu-
dicari ſed etiam ſibi conferri beneficium,& poſſeſſore amoto ſi
bi reſtitui :vt patet infra in tractatu lib. de appellationibus, §. fi.
verſiculo,i & communiter admittimus in curia has petitiones:
& bene,propter anfractus,& circuitus redeundi ad executorem
e vitandos [e]. Tamen quidam dicunt,quod de iure dicta petitio ,
qua petit ſibi conferri , non debet admitti , cum ad iudicem nō
pertineat conferre , ſed ſententiare , extra de officio delegati.
12 ſuper eo. ¶ † Sed dic , quod iſte iudex papæ , coram quo
fit dicta petitio , fungitur vice iudicis in ſententiando , & ſuc-
cedit in locum executoris in conferendo , & merito. cum enim
collatio huius beneficii ad papam ſpectaret,non eſt vis , vtrum
per hunc iudicem papæ , vel per alium executorem conferatur
f ei,cui debet de iure conferri.cum per hoc nulli fiat præiudiciū [f].
Sed in caſu prædicti capituli ſuper eo.cum ibi papa non intende
ret illud conferre,iudex papæ ibi ſententiare poterat nō confer-
re ne præiudicium fieret ei,ad quē de iure ſpectabat collatio:vt
ibi dicitur. Alia etiam ratione hoc apparet : nā ſi appelletur ab
executore dato mihi,ne prouideat,vel ex alia cauſa,hæc appella
tio defert negotium principale,ſcilicet prouiſionis,ad ſedē Apo
ſtolicam,quia eſt quædā citatio:ut extra,de ele.ſtatuimus.lib.6.
Cum ergo executor non potuerit propter appellationē huiuſ-
modi ꝓcedere quia forte aſſumpſerat cauſæ cognitionem, & ſic
ab eo potuit appellari:apparet ꝙ coram auditore in curia petā
id,ꝙ coram executore petiturus erā , facta in libello narratione
decentiſtam de gratia mihi facta , quam de proceſſu executoris
13 & de appellatione aduerſarii. †¶Si uero beneficium de quo agi
tur , non poſſideatur ab aliquo illorum,qui dicunt tantum il-
lud ſibi debitum , non collatum : tunc videtur , quod nulla alte
ri contra alterum actio competat ex narratis : niſi forſan ratio-
ne impedimenti : ſi alter alterum de facto impediat, quo minus
confirmationem , ſeu collectionem , ſeu inueſtituram conſe-
quatur : vt dixi de ſimili impedimento , ſupra verſiculo, ſed
quæritur de his qui per electionem. ¶ Alii dicunt , quod li-
cet nullus illorum , qui beneficium,de quo agitur , ſibi debitum
dicunt , poſſi-

## ADDITIONES.

a L.fi. ¶ Facit,quod ſcripſi poſt Inn. & alios,de re iud.ſuborta.in prin.
b Sicut. ¶ Vt ibi ſcripſi poſt ſuppletiones gloſſarum.
c C.1. ¶ Vbi ſcripſi in vlt.gl.addendo etiam Hoſt.
d Ex parte. ¶ Vbi de hoc in gloſſa,arg quod & vide,quod dixi de accuſa.ad petitionem.in gl.hic continetur.cum ſuis remiſsionibus.
e Vitandos. ¶ Et hoc eſt hodie approbatum per cle.de reſcriptis,auditor,& vt ibi no.in 1. gl. petitio collationis non facta in principali libello fieri poterit,poſtquam pronunciatum fuerit debitum.
f Præiudicium. ¶ Vnde no.in decret.auditor.in vlt.gl.illam loqui, etiam ſi per literas legati eſſet debitum:cum id cauſetur à papa,nec aliter poteſt eſſe debitum,vel affectum.Electio enim,vel præſentatio non afficiunt. In illis enim团 ſupereſt factum confirmantis,vel inſtituentis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dicunt, poſſideat ipſum beneficium: tamen poteſt vnus facta
narratione ſui iuris,& aduerſarij, petere contra reliquos, ut
declaretur beneficium illud ſibi deberi: & ut aduerſariis ſuper
eo ſilentium imponatur: non tamen iure actionis hoc peterur
ſed per officium iudicis, ut de duobus electis dixi in prædict.
14 verſiculo. ſed quęritur de his, qui per electionem. ¶ † Item
videtur, quod tu, qui dicis præbendam tibi debitam non col-
latam, potes facere quod denuncietur illis. qui ſimile ius in ea-
dem præbenda dicuntur habere, ut veniant coram executore,
uel capitulo ad defendendum ius, ſi quod habent in ipſa præ-
benda: & ſiue ueniant, ſiue non: potes petere eam tibi aſſi-
gnari:& alij petant ſimiliter: & ſuperior aſſignabit eam illi cui
videbitur eam deberi,& hæc aſſignatio, cum fiat cum cauſæ co-
gnitione, præiudicabit eis, qui præſentes fuerint, & quibus de-
nunciatum eſt, ff. de re iudicata. ſæpe. C. de appellation. hi. qui
ad ciuilia Sed prædicta denunciatio melius fiet per iudicem,
cum forte quis non teneatur aduerſario ſuo credere: ut infra
15 de citatio. §. ſequitur, in principio. ¶ † Quid ſi plures de eo-
dem beneficio agunt, nunquid omnes mittentur ad eundem iu-
dicem? Reſpondeo. non uidetur, quod hoc poſſit peti de iure,
ex quo ſinguli petunt idem beneficium in ſolidum, ff. de libera-
li cauſa. cognitio. §. ſi plures. decens tamen eſt ſic fieri: & papa
conſueuit hoc facere, cum ab eo petitur, & ſic fecit in cauſa V.
Mediolanenſium coram diuerſis de eadem præbenda litigan-
tium: uoluit enim per nos ſingulorum cauſas audiri, argument.
ad hoc. ff. de liberali cauſa. ſi pariter. ff de quibus rebus ad eun-
a dem iudicem eat. leg. prima. ſecundum Ber. Compoſt. [a] & C.
arbit. tut. omnes. & argumento. C. de indic. nulli. extra. de ſe-
queſtra. poſſeſſion. capitul primo. & uide infra, de competent.
iudic. adit. § primo. uerſiculo, quadrageſimoſexto, & ſequent.
Et hæc ſufficiant circa hanc materiam breuitatis cauſa. Hoc au-
tem plenius proſequere, ſecundum Ber. Compoſt. ſiue agatur
in modum actionis, ſiue per modum exceptionis. ut nota. extra.
de reſcript mandatum. & de electio, quod ſicut qualiter autem
agatur, & petatur, & procedatur in cauſis electionum & proui-
ſionum, cum in eis appelletur nota plene, ſecundum Papam &
16 alios, extra de electio. ſtatuimus libro ſexto. ¶ † In ſumma no-
ta, quod ſi ſcribatur alicui, ut prouideat mihi in aliqua diœceſi
b de beneficio, ſi quod vacat alioquin de primo vacaturo [b] tunc
executor ſeu prouiſor, ſtatim reſcripto apoſtolico recepto ad
petitionem impetrantis procedat. & ſibi conferat beneficium,
ſi quod vacat: alioquin reſeruet ſuæ collationi primo vacatu-
rum: ut extra, de iure patro. cum dilectus. & inhibeat expreſſe
ordinario, ne illud conferat: ut extra, de conceſſione præben-
dæ. quia cunctis. de quibus fiant publica inſtrumenta: quod
ſi abſens ſit, id idem per ſuas literas faciat, quarum tenor iuxta
tenorem Apoſtolicæ literæ ordinetur: & ne res exemplo ca-
reat, formam, qua in talibus uti conſueuimus ſupponemus quæ
talis eſt:
17 ¶ FORMA. † Reuerendo in Chriſto patri tali epiſcopo, ta
lis reuerentia cum honore. Sanctiſſimi patris domini Clemen-
tis papæ IIII. literas nos recepiſſe noueritis ſub hac forma: Cle-
mens epiſcopus, &c. poſito toto tenore, iungatur ſic; Nos ita-
que volentes (ut tenemur) mandatum eius exequi reuerenter
auctoritate nobis in hac parte per dictum dominum attributa,
tali præfato prouidimus de beneficio eccleſiaſtico competen-
c ti [c] cum cura, uel ſine cura, ſi quod ad veſtram collationem ſpe
ctans, uacat ad præſens in ciuitate, uel diœceſi veſtra, illudque
eidem P. contulimus, ac illum de eo, per biretum noſtrum præ
ſentialiter inueſtiuimus: alioquin beneficium proximo inibi va
caturum collationi noſtræ, imo verius Apoſtolicæ, reſeruaui-
mus eidem P. per nos, uel per collegam noſtrum, ſeu illum vel
illos, cui vel quibus in hac parte vices noſtras committendas
duximus, conferendum. Cuius rei cauſa vos monemus, vobiſq;
auctoritate præſentium iubemus, ne ad collationem, ſeu ordi-
nationem huius beneficii per vos, aut per alium, vel alios aliqua
tenus procedatis aut procedi conſentiatis: nec quicquã in no-
ſtrarum prouiſionis, inueſtituræ ac reſeruationis præiudicium,
per uos aut aliũ attentetis, vel attentari ꝯſentiatis: alioquin tã-
in conferentem, & quemlibet alium, ſeu alios prouiſionem,
collationem, inueſtituram, & inhibitionem præfatas quomo-
dolibet perturbantes, ſeu perturbari procurantes, ex nunc his
ſcriptis excommunicationis ſententiam promulgamus: decer-
nentes nihilominus irritum & inane, & decretum fore à ſede
Apoſtolica nunciantes: ſi ſecus de beneficio huiuſmodi Apo
ſtolica, vel alia quauis autoritate per quemcunque quomodo
libet contigerit attentari. Datum, &c. Impetrator autem hanc
literam legat in præſentia ordinarii, & ſibi quæ continentur in
ea denunciet: de quo fiat etiam publicum inſtrumentum, uel
executor ſcribat alicui, qui præmiſſa omnia eidem denunciet:
poſt hoc faciet ſuum proceſſum per diœceſes: & loca, quæ vo-
18 luerit, publicari. ¶ † Si vero tunc non vacabat beneficium,
ſed poſt aliquod tempus vacat, tunc executor requiſitus facta
narratione proceſſus prædicti conferat, inueſtiat, & decernat ir-
ritum, ſi quid de ipſis canonicatu, & prębenda, vel beneficio or
dinatum, vel factum eſt: & quicquid per quemcunque & qua-
cunque auctoritate contra ſuas collationem & inueſtituram,
reſeruationem & inhibitionem fuerit attentatum: & proferat
ſententias excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti in
19 contradictores & rebelles. ¶ † Quid ſi papa ſub aliqua condi-
tione ſibi ſcripſerat: puta, quod ſi inueniret illum bonæ famæ,
& laudabilis conuerſationis & ſcientiæ cõpetentis, prouideret
d ei, &c.[d] tunc facta narratione decenti, qualiter diligenti inqui-
ſitione præmiſſa inuenit illum talem, conferat iuxta præmiſſa.
extr. de præſumpt. c. fin. Quod ſi forte non obſtante tali proceſ-
ſu ordinarius conferat, vel alii ſe opponant: tunc executor con-
tra eos poteſt procedere in hunc modum. Nam poteſt ipſe pro
cedere, prout in ſequenti forma continetur: uel ſi abſens ſit, po-
teſt hoc aliis committere ſub hac forma:
20 ¶ FORMA. † Talis tali ſalutem in domino. Pręſidente ra-
tionis, &c. quod dic vt infra, de ſen. §. qualiter, verſi ſi autem ar-
duum, poſtea iungat ſic: Sane nuper ad noſtrum peruenit auditũ
ꝙ non ſine graui turbatione cogimur recenſere quod videlicet
venerabilis pater epiſcopus talis, & talis, ac talis talem in poſſeſ-
ſione talis eccleſiæ: cuius idem P. verus rector exiſtit, ax collatio
ne eidem auctoritate Apoſtolica per nos facta, contemptis ex-
communicationum & ſuſpenſionum ſententiis, quas nos hacte
nus in contradictores tulimus: & rebelles, quaſque fecimus per
tales diœceſes vel prouincias publicari, impedire de facto nitũ-
tur in illius præiudicium, & animarũ ſuarum diſpendium, & A-
poſtolicę ſedis contemptũ: quo circa diſcretioni veſtrę ſub vir-
tute ſanctę obediẽtiæ, & ſub pœna excommunicationis, quam
vos ipſo facto incurrere volumus, ſi noſtris non obtemperaueri
tis in hac parte præceptis, diſtricte pręcipiendo mãdamus qua-
tenus eos in tali eccleſia ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis in
miſſarum ſolenniis poſt lectum Euangeliũ, & in publicis ſyno-
dis, pulſatis campanis, & extinctis candelis, excõicatos publice
nuncietis, omnes veſtram excutionem quomodolibet impe-
dientes nihilominus per cenſuram eccleſiaſticã compeſcendo.
Vt autem cuncta circumſpectione debita peragantur, volumus
& mandamus, vt præfatũ dominum epiſcopum, cui ob reue-
rentiã pontificalis officii deferre uolumus in hac parte. prius
ex parte noſtra ſeorſum ſolicite monere ac inducere curetis.
quod ſuper præmiſſis ſatisfactionẽ exhibeat cõpetentem: alio-
e quin eum excõicatum publice nuncietis [e], mandatum noſtrũ,
imo verius Apoſtolicum, taliter impleturi, quod non poſſitis
de neglectu ſeu inobedientia merito reprehendi. ¶ Licet autẽ
has formas tibi gratia exempli poſuerim, eas tamen & ſuum pro
ceſſum debet prouiſor ſecundum tenorem & formam literæ
21 Apoſtolicę moderari ¶ † Hoc quoque ſciendum eſt, quod exe-
cutor ad prouidendum alicui datus, poteſt prouidere illi, ad quẽ
ſpectat collatio non monito, vel citato, vel licet nil illi denun-
ciet, nec literã Apoſtolicam oſtendat, cum ſit merus executor.
Inde eſt quod recuſari non poteſt, ut extra, de appellatio. nouit.
22 ¶ † Sed

## ADDITIONES.

a Compoſt. ¶ Qui hoc not. in decret. mandatum. ſtatim allega. vt ibi ſcripſi ad fi. & de conſtit cum M. in gloſſ. diuerſa præſentatio. poſt prin.

b Vacaturo. ¶ Intendit de ſpectante ad collationem epiſcopi, vt patet ex forma ſequenti: licet poſſet litera afficere omnes collatores diœceſis, & quod plus eſt, etiam prouinciæ, vt patet de conceſ. præbe. executor. libro ſexto ſed fatuæ eſſent tales impetrationes ſine beneficio acceptandi, per quas perueniri poſſet ad beneficium vigeſima ſol. de quo de clericis non reſid. conquerente. & vide quod ſtatim ſubdam de forma pauperum.

c Competenti. ¶ In forma pauperum. vſitatur hoc verbum, de beneficio eccleſiaſtico iuxta ſuæ proprietatis merita competenti & taxatur ſumma. & permittitur acceptari minus, & vide, quod ſcripſi de præben. ſi pauper. lib. 6. in gl. pen.

d Et cætera. ¶ Ante cuius conditionis euentum non ligat decretum: quod dic vt in clement. de con. præ. capitu. vno. & vide quod ibi nota. ſuper ver. eſt & prima. Adde ſecus eſſe, ſi in reſcripto continetur, ſi clericus eſſet vitæ laudabilis. vt per Oldr. conſi. lxj. incip. Breuiter. qui declarat differentiam harum clauſularum. Adde etiam, quod ſi ignoranter ordinarius beneficium conferat per gratiam alicui conceſſum, non poteſt habens gratiam auctoritate propria occupare eccleſiæ poſſeſſionem, nec expellere poſſeſſorem, etiam ſi ille nullam faceret reſiſtentiam: aliter perderet ius ſuum. vt idem Oldrad. tenet conſilio. 319. incip. Super executio.

e Nuncietis. ¶ Hodie circa epiſcopos ſeruatur decret. ſecunda, de offic. deleg. lib. vj.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

22 † ¶ Sed quid ſi antequam prouideat proponantur exceptiones
a contra reſcriptum, vel cõtra perſonam: nunquid hic executor[a]
ad prouidendum datus debeat eas admittere? Et uidetur quod
non cum enim ſit merus executor, non habet cauſæ cognitio-
nem. extrà, de re iudic. de cætero. tamen vtilius eſt, quod ſi uelit,
poſſit exceptiones admittere partes cognitoris aſſumẽdo: quia
hoc uidetur ei mandatum. Quod ſi audiat aliqua, quæ ipſum mo
ueant, cognoſcat de his ſi uelit, uel negotium ad ſuperiorem re-
mittat. extrà de reſcriptis. ſi quando, de officio deleg. ex parte. de
re iudi. de cætero. de ſal. ſuper eo. vel ſi uelit, poterit omiſſa cau-
ſæ cognitione, & repulſis contradicentibus, implere mandatum
cum ſit merus executor, niſi quando uult partes cognitoris aſſu
mere ut prædixi. verumtamen ſi propoſitis legitimis exceptioni-
bus, & repulſis appelletur, & nihilominus ꝓuideat executor ꝓ-
bata veritate exceptionum, caſſabitur collatio alias non caſſabi
tur: licet appellans ſe obtulerit probaturum exceptiones: quia
hæc appellatio extra iudicium interponitur: quo caſu non ſuffi
cit quod appellans legitimam exceptionem proponat, & eam ſe
offerat probaturum: niſi veritas exceptionum probetur: ut ext.
de electio. cum inter canonicos. quod dic vt j. de appe. §. nouiſ-
ſima. uerſi. ſed cum s. Sed contra extr. de appellatio. dilecto. in fi.
vbi caſſatur proceſſus huiuſmodi executorum: quia exceptiones
legitimas coram ſe propoſitas non admiſerunt, nec ibi de ueri-
tate exceptionis mandatur inquiri. Sed dic ꝙ ideo de ueritate
exceptionis non mandatur inquiri: quoniã iam de hoc ibi con-
ſtabat per cõfeſſionem partis, ut ibi dicitur, Vel dic, ꝙ ibi erat da
tus executor ad cognoſcendum, qui ſine cauſæ cognitione per
excõmunicationem, uel alio modo nõ debet ꝯpellere: ut extr.
de exceſſib. prela. c. j. hic autem loquimur de prouiſore, qui me-
b rum habet miniſterium, ut dixi[b]. † ¶ Vltimo tamen nota, quod
23 is, cui committitur prouiſio facienda, non poteſt alteri commit
tere vices ſuas: niſi id in commiſſione contineatur. quod ſi fece
rit, prouiſio per illum commiſſarium facta non tenet, ſi de hoc
c excipiat[c]: vt in cõſti. Alex. IIII. de officio deleg quæſiuit. & pro
d batur extr. eodem cap. fina.[d] ¶ Item cum mandatur prouideri
alicui in aliqua eccleſiarum ciuitatis vel diœceſis de beneficio ꝑ-
bendali, uel alio, non poteſt in eccleſia cathedrali prouideri, niſi
de illa ſit expreſſum. ut in cõſtitutione Innocentij. IIII. extraua
e ganti, de reſcriptis. breui[e]. tamen quidam contra. † ¶ Item ſi ſcri-
24 bitur epiſcopo, ut mihi prouideat de beneficio, ſi quod ad ſuam
collationem pertineat: alioquin de alio ad cuiuſcunque collatio
nem ſpectante: ſi aliquid beneficiũ pertinet ad collationẽ ipſius
licet illud non uacet, nõ p̃t de alterius beneficio prouideri: ut in
f conſt. Alex. IIII. de præben. ſua nobis[f]. † ¶ Item per literas ſuper
25 prouiſione impetratas, non poteſt quis cogi de penſione proui-
g dere: ut in conſti. Inn. IIII. extrauaganti, de reſcrip. licet[g]. ¶ Item
ſcias, quod ſi ſcribitur aliquibus, vt non obſtãte numero, priuile
gio, uel ſtatuto me recipiant in canonicum, ſi de capituli, vel prę
lati voluntate procedat: ego intelligor receptus proprio motu
capituli, ſi ad illos, quibus ſic ſcribitur, ſpectat alias canonicorũ
h receptio[h]. Si vero non ſpectat, intelligor authoritate Apoſtoli
26 ca receptus: ut in conſt. Alex. IIII. de reſcript. contingit. † ¶ Sed
nunquid ſcholaris primam nondum habens tonſuram poteſt ſu
per beneficio literas impetrare? arg. quod ſic. extr. de pręſum. c.
ſi. Sed dominus Clemens papa IIII. dixit, quod non: quia non eſt
i capax: arg. pro eo extra. de reſcript. cum adeo[i]. de tranſac. ex lite
k ris[k]. dixit tamen, quod ſi impetrauerit, & poſt modum tonſure-
tur literæ ſumunt vigorem: & is, cui ſcribitur, ei prouidere tene-
tur: licet prius non teneretur. Sic alias dicimus, quod ſi receptus
in vna eccleſia impetret in alia, nulla facta de receptione huiuſ-
modi mentione, ualebunt ſecundæ literæ, ſi reſignet huic recep-
tioni: prout no. ſecundum Ber. Compoſt. extr. de reſcrip. ad audi
l entiam[l]. & ſic etiam obtinuit. Sed idem Ber. not. s. eodem titul.
cum adeo. ſecus tamen. ſecundum eum, ſi dixit papa in litera, Fa
cies talem recipi, qui adſcribi deſiderat militiæ clericali, prout ibi
m no. Quid de tõſurato, ſed non per epiſcopum vel abbatem,[m] q
impetrat beneficium aſſerens ſe clericum? Dicit idem Ber. quod
n non ualet: alij contra[n]. † Item ſi papa mihi concedit aliquod be
27 neficium tenendum, vſque ad ſuæ beneplacitum voluntatis: ta
o lis conceſſio expirat ipſo papa expirante[o] Quod dic vt infrà de
p emphyteuſ. §. nunc aliqua. ver. cl. & ſeq.[p] Item nota, ꝙ ſi mãdat
mihi prouideri de beneficio, quod duxero acceptandũ poſſum,
acceptare ante vacationem alicuius præbendæ, præbendam pri-
q mam in loco, vbi pro me ſcribitur, uacaturam:[q] poſſum etiã ex
cauſa optare ſecundam, uel tertiam, puta ſi nolo primam, quia al
teri debetur, uel de hoc dubium eſt. arg. extra, de conceſ. pręben.
quia cunctis. prope finem. lib. 6. Videtur etiam aliquibus, quod li
cet in reſcripto nil contineatur de acceptatione, ſed ſolum dicit
prouideas tali, in tali eccleſia, uel dięceſi, uel prouincia, eodẽ mo
do potero acceptare. De hoc tamen dubium non eſt quin exe-
cutor poſſit mihi reſeruare primam, uel ulteriorẽ ex cauſa arg.
ibi, & in his, quæ notantur ſecundum papam. extra, de iure patr.
r cum dilectus. Alij tamen aliter dicunt[q]. † Item qui optat, uel re-
28 ſeruat, uel ſuſpendit, ſemper hoc de certa præbenda facere de-
bet: puta, primã quæ vacauerit in tali eccleſia, uel diœceſi: & de
hoc nota. in pręducto c. cum dilectus. Item ſi in litera Apoſtolica
ꝯtineatur clauſula, decernentes, &c. acceptatio per me facta ſine
præſentia executoris impediet collationem ordinarij; ut proba-
s tur & nota in prædicto c. quia in cunctis. §. fi.[s] Si autem non cõ-
tineatur acceptatio, fieri debet in pręſentia. & per eũ approba-
ri debet. Quod ſi plures habẽt ſimilem gratiam: qui primo acce-
ptauerit,

## ADDITIONES.

a Hic executor. ¶ Adde ꝙ executor legati non debet cognoſcere de titulo bñficij collati per legatum? ſicut nec uicarius epiſcopi de iuribus collati beneficij, quod epiſcopus contulit: vt in cap. 2. de officio vicarij. & licet quilibet executor de aliquibus cognoſcat, non tamen de his quę rei proprietatẽ reſpiciunt, in qua executio eſt facienda. vt l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. Sed pulchrũ eſt ſcire, quid ſi ab executore appellet, caſu, quo concedatur, ꝙ poſſit appellari, & in ſcriptis non reperiatur, ꝙ appellationi detulerit, nec apoſtolos denegauerit: vel terminum ad eos ſuſcipiendos aſſignauerit: uel prorſus tacuerit: ſed notarius atteſtatur ꝙ appellatio fuit interpoſita, & petiti fuerunt apoſtoli prope portam: ex aduerſo executor dicit reſpondiſſe, quod dimitteret ſibi copiam appellationis, ut deliberatè reſponderet, & pro reſponſo rediret in termino iuris; an ſit pręſumendum pro iudice: ita ut dicatur appellatio deſerta: an uero contra iudicem, quod negauerit Apoſtolos. Pet. de Anch. conſ. 225. incip. Iſte executor, tenet pręſumendum pro iudice, & quod appellatio fieret deſerta: maximè quia appellans non facit fidem de denegatione apoſtolorum, eoſque petijt in loco non congruo, ſcilicet ad portam executoris. Adde, an & quando executor poſſit admittere, quę opponuntur: & quæ contra eum opponi poſſint generaliter, vide Ab. & Fel. nouiſſime in cap. de cætero. ext. de re iu. gl. fi. in c. quo ad conſultationem. e. tit. Ab. Sic. in c. olim. ext. de excep.

b Vt dixi. ¶ Vide ꝙ plene in cle. de offi. del. c. uno. in gl. ſed nunquid.

c Excipiatur. ¶ Nego exceptionem neceſſariam: ut ſcripſi in decre. is cui. quam ſtatim allegabo ſuper uerbo, non poteſt.

d Ext. e. c. fi. ¶ Tu diſtinguas, ut in decr. is cui. de off. del. lib. 6. & in cle. e. ti. iudices. Adde ꝙ ꝯ illã diſtinctionẽ eſt gl. in c. pe. de ele. in 6. vbi canonicus ſubſtitutus ad dandũ vocẽ poteſt aliũ ſubſtituere. Sed reſponde, ut per Abb. in d. ca. fin. & ꝓ hoc dicto Spe. facit ꝙ uoluit Bar. in l. fi. ff. de diuer. & tempo præſc. ſcilicet, ꝙ ſi procurator eſt conſtitutus ad certum negotium, non expreſſa certa forma, non poteſt alium ſubſtituere. & hoc dictum dicit Abb. vbi s. ſingulare, & contra dictam gl.

ADDITIO. Adde tu, an ꝓcurator cõſtitutus ad impetrandum poſſit ſubſtituere. Pet. de Anch. & Card. Zaba. poſt glo. in c. ex parte. de reſcri. Henri. Ferran.

e Breui. ¶ Cuius mens hodie habetur de præb. quamuis. j. reſponſ. lib. 6. §. j. Adde tu, q̃d ſi quis expectaret ad collationẽ decani & capituli eccleſiæ cathedralis. Dic ꝙ tunc non procedit iſta concluſio: quia põt tunc prouideri ſibi ẽt in eccleſia cathedrali. Rota in anti. dec. 112. hoc idem dicit, ſi quis expectaret ad collationem epi: nam tunc poterit ſibi prouideri de beneficio vacanti in eccleſia cathedrali. Rota in antiqua deciſio. 213.

f Nobis. ¶ Vide de præben. mandato. lib. 6. & quod ibi s. j. gl.

g Licet. ¶ Etiam ſi prouideri mandetur vſque ad certam ſummam. ut de p̃b. quamuis. j. reſponſo. lib. 6.

h Receptio. ¶ Niſi aliud in reſcripto cõtineatur. ꝙ dic vt de reſcr. cum aliquib. lib. 6. Adde ꝙ latiſſimè ſcripſit Petr. de Anchar. conſil. 206. incipien. ſcripſit papa.

i Adeo. ¶ Vide ꝙ ibi not. in gl. pen. & quod ſuper ea dixi, vbi ꝯtra id, ꝙ ſequitur, induxi literã nondum tonſuratus, quaſi innuat eum poſtea tonſuratum: per quod non placet quod ſequitur.

k Literis. ¶ Vide quod ibi dixi in gl. pen. ſuper vlt. gl.

l Audientiam. ¶ Ex vicinitate fuit erratũ. eſt em̃ gl. Compoſt. & etiam Inno. in decr. in noſtra. ibi proximè ſequenti. tñ in articulo illo, dic ut dixi in q̃ſtione, quam poſui ſuper regula, ignorãtia. de regu. iur. lib. 6. Et ad id, quod hic dicitur de ſcholare, adde quod nota. j. de reſc. præſen. §. ratione impetrantis. verſ. ſed ibi ſcribitur. & quod ibi dicam.

m Abbatem. ¶ Quod dic, ut de priuileg. abbates. lib. 6.

n Contra. ¶ Iſtud ꝯriũ approbat ibi ipſe Ber. Cõpoſt. ut ibi ſcripſi ſuper glo. pe. quod dictum forte fuit additio: quam nõ vidit G. & vide quod dixi de inſti. c. 2. ſuper vltima gl.

o Expirante. ¶ Secus ſi dicat, uſq; ad bñplacitũ Apoſtolicæ ſedis, de reſcri. ſi gratioſe. lib. 6. & ibi plene ſcripſi in principio. q̃d de clauſula, quouſque aliud duxerimus ordinandũ. Itẽ de clauſula. donec Romano pontifici placuerit. ibi dixi ſuper j. glo. Adde quod uoluit Old. conſ. 243. inci. factum tale. q̃d ſi rectores ciuitatis donẽt aliq̃d alicui, donec domino placuerit: iſq; dñs ratum habeat ſub obligatione ſuorũ bonorum. ꝙ non poterit reuocare cõceſſum, eo quia cenſeatur ratificaſſe, ſimiliter donec ſibi placuerit: q̃a eſſet ridiculum, ꝙ quis vellet ſe obligare ꝑpetuo: deinde dicere donec placuerit: ſicut uelle aliquem eſſe hæredem, & illum exhæredare: vt l. iam dubitari. de hære. inſtit.

p Et ſeq. ¶ Totum quod ſequitur vſq; ad fin. fuit additio: antequã vera erat allegatio, q̃ fiebat. j. de reſcr. præ. §. ratione autem impetrantis, ver. ſed ibi ſcribitur.

q Vacaturã. ¶ Hęc uerba nõ patiuntur, cũ ſcribitur de beneficio ꝙ intra mẽſem à vacationis notitia duxero acceptandũ: ut not. in cle. de conceſ. præben. c. vno. ſuper uerb. notitiam.

r Dicunt. ¶ De his dic vt de conc. præb. ne captandæ. & c. ſeq. lib. 6.

s §. fin. ¶ Lib. 6. & circa hoc uide quod ibi not. in fin. in glo. not. & quod ſuper ea dixi.

a ptauerit,obtinebit[a].Nam & ſi plures habent generales literas in
prouincia,vel diœceſi,& omnes petunt idē beneficium,ille obti
nebit,qui primo fuerit inueſtitus.Super quo vide in præ. c. cum
dilectus.fiet autem ſic acceptatio.

¶FORMA. Domine executor ego peto, vel accepto primā
dignitatē,vel eccleſiam in tali eccleſia,uel diœceſi vacaturam:&
peto mihi prouideri de illa.vel accepto talē eccleſiam: & debet
nominare plures, non una tantum: ne uideatur mortem illius
deſiderare rectoris:ut extr.de conceſ.præben.ca.2. & idem iuris
29 eſt in reſeruatione & inueſtitura.† ¶Illud etiam prætermitten-
dum non eſt quia per literas Apoſtolicas gñales, ꝙ prouideatur
alicui de beneficio cum cura,vel ſine cura, non pōt illi prouideri
de beneficio ad præſentationem patroni laici ſpectāte:ut ext de
p̄b.dilectus.3.de iure patronatus,cum dilectus.& uide ſ.de lega-
b to § nunc tractemus.ver.ſed nunquid[b].Item eccleſia parochia-
li non poteſt commendari,niſi conſtituto in ętate legitima & ſa
c cerdoti,& ex cauſa:nec cōmenda durat ultra tres menſes[c].ut in
conſtit.Greg.X.de elect.nemo.lib.6.vbi dicam de hoc.Epiſcopꝰ
quoq; poſt ſex menſes non poteſt commendare, ex quo proui-
ſio ad ſuperiorem eſt deuoluta. Vel dic,ut dicam ext.de electio
d in conſtitu.Greg.X.nemo[d].Qualiter legatus ſe habere debet in
prouiſionib.faciendis,no. in præ §. nunc tractemus Quid iuris
